



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

De protectione concordatorum Franciæ regibus concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

*Concordata  
ratione ma-  
serie lau-  
danda.*

teriam concordatorum conferas, maioribus & laudibus, & encomiis has constitutiones attolles, tum quod regimen ecclesiarum regni Franciæ, tum materiam ecclesiasticam, beneficalem honore, auro utilitate, dignitate, frequentia, & subtilitate per celebrem contineant. Ad hæc causarum facilem & breuem in hoc regno decisionem priuilegiaq; & libertates regni breui perstringentem. igitur his inefectus, manu non tremulenta uel tarda, sed veloci, hæc pauca præcocia his addere curauim, multo maiora scripturus, nisi me tam breuitas temporis, quam lectiones ordinariæ & extraordinariæ, utpote. *tit. de verb. signif.* quem saltē hoc anno interpretatus apertopectore fui, multaq; super eo notatu digna scripsi, auditoribusq; nostris nota feci, impediissent, ac alia quotidie negotia mihi occurrentia, sed ab eo tempore multa addidi, manu inque extremam apposui, ut aliis meis scriptis etiam colophonē addere possim, quod Deus permittere dignetur. Non prolequor hic poenas ordinariorum uenientium contra hæc sancta concordata, quia eas plenē scripsi in tract. nom. q. 19.

*De protectione concordatorum Franciæ regibus concessa.*

*Papa constituit regem Franciæ horum protectorem & defensorem concordatorum aduersus omnes cuiuscumq; ordinis & status impugnatores.*

**E**go a episcopus, seruus seruorum Dei, charissimoin Christo filio Francico, Francorum regi Christianissimo, salutē & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti statuimus & ordinauimus quod ex tunc de cætero occurrentibus ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac mo-

nasteriorum in regno Franciæ, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentinens. consistentium vacationibus: dilecti filii ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere nō valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spatium, & nobis & pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem prafficiendis nominare valerent: prout in nostris inde confectis literis / in quibus maiestati tuæ, & pro tempore existenti Francorum Regi in uirtute sanctæ obedientiæ, quod per te uel alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos eisdem literas, ac omnia & singula in eisdem contenta, quando & quoricens opus foret, publicari & inuiolabiliter obseruari faceret mandauimus) plenus continetur. Cum autem sicut accepimus, nonnulli regni, Delphinatus & comitatus prædictorum, à quorum cordibus Dei timor abest, literas huiusmodi & per eas editas constitutiones, & in  
eis



eis contenta plenè acceptare re-  
eufent, & illis nõ sine spiritu blas-  
phemix, & censurarum in eis cõ-  
tentarum incurfu, verbo & ope-  
re si possent contrauenire conten-  
dant. Nos ea quæ tanta maturita-  
tate, consilio & sacri tunc vigentis  
Lateranensis concilii approbatio-  
ne discussa, statuta, ordinata, facta  
& concessa sunt, vt inuiolabiliter  
& inconcusè, prout par est obser-  
uentur, pro nostri pastoralis offi-  
cii debito providere volètes, quã-  
quam aliis literis nostris temera-  
riis ausibus contrauenire nitenti-  
bus occurrerimus, eorumque ora  
obstruxerimus, motu proprio, &

**L**eo Episcopus. ) Hic constitui-  
tur rex protector concordatorũ,  
& defensor per Papã, contra quos-  
eunque etiam clericos, qui contra hæc sa-  
cra concordata venerint, vel aliquid ausu  
temerario moliti fuerint, vt etiam per iu-  
dices regios puniri possint.

*Papamius  
provincia.  
Clericos in  
iurisdictioni  
laicorum  
subiicere  
potest.*

[ Et pro hoc facit text. in l. r. C. ne liceat  
potentio. ibi, huius sanctionis rectores pro-  
uinciarum custodes, & contemptæ huius  
rei vindices fecerit & quod Papa possit  
subiicere clericos vnius terræ, ciuitatis,  
vel diocesis iurisdictioni laicorum in vno

ex nostra certa scientia, ac de Apo-  
postolicæ potestatis plenitudine,  
cum deceat secularem potestatem  
præsertim magnã ecclesiasticam  
iuuare potestatem, in his præser-  
tim quæ animarum salutem con-  
cernunt, maiestatem tuam, & pro  
tempore existentem Francorum  
regẽ literarum prædictarũ, ac per  
eas editarum constitutionum, &  
omnium ac singulorum in eis cõ-

tentorum, legitimis protectores,  
defensores, & conseruatores: nec  
non quorumuis aduersus illas &  
in eis contenta venire tentantiũ  
cuiuscunque dignitatis, status, gra-  
dus, ordinis, conditionis, vel no-  
bilitatis existen. ac quacunque mun-  
dana dignitate fulgentium, inui-  
ctissimos oppugnatores autori-  
tate Apostolica tenore præsentium  
constituimus, & deputamus. Non  
obstantibus omnib. quæ in dictis  
literis volumus non obstare. Cæ-  
terisq; contrariis quibuscunque.  
Datum Romæ apud sanctum Pe-  
trum, Anno incarnationis domi-  
nicæ millesimo quingentesimo  
decimo octauo, decimo septimo  
Calendas Iulii, pontificatus nostri  
anno sexto. sic signatum sub plica.  
Ioan. Sadoletus. & supra plicam, Ia-  
Questenberg. In testimonium quo-  
rum his præsentibus sigillum no-  
strum duximus apponendum. Da-  
tum Baugiaci die vigesima quinta  
mensis Octobris, Anno domini  
millesimo quingentesimo deci-  
mo octauo, & Regni nostri quarto  
Per regem. Gedoyñ.

casu est text. in e. vbi periculum. in §. præterea.  
de elec. in 6. Card. in rep. c. perpendimus. colu. 7.  
vers. oppono ad eandẽ lecturam. de sent. excõ. Fel.  
sequitur in c. 2. col. 1. & c. fi. in fi. de maior. obed.

Potest etiam delegare causas aliquorũ  
clericorum laicis. cap. præter. 32. distin. vbi  
commisit causam clericorum simoniaco-  
rum duobus ducibus dando eisdem po-  
testatem deponendi eos. cap. memian. 2.  
q. 5. vbi in subscriptione apparet commi-  
sisse clericorum causam reginæ Franciæ.  
facit. cap. solite. de maior. & obed. cap. verum.  
de foro compet. Fel. & alii in capit. ecclesia. de  
constit.



Privilegiū fori clerico-  
rum à iure  
diuino est  
annuentum.

constit. sed totum clerum non posset sub-  
iicere iudici laico, cum privilegium fori  
illorum sit de iure diuino introductum.  
gloss. in cap. si imperator. 96. dist. & Num. c. 3.  
Ego tuli leuitas à filiis Israel, eruntq; leui-  
tae meae, meum est enim primogenitum. &  
cap. 18. Et Iosue cap. 17. in fin. Tribui Leui  
non dedi possessionem, quoniam Deus  
Israel ipse est possessio eius. & alibi, Nolite  
tangere Christos meos. gl. in verbo, de gene-  
rari. in auct. de non alle. reb. eccl. coll. 2. & bea-  
tus Gregorius in ca. sacerdotibus. ii. quest. i.  
dicit imperatorem Constantinum retulisse,  
cum episcoporum accusatio eidem pro-  
posita fuisset, Ite, & inter vos causas ve-  
ltras disponite, quia dignum non est, ut  
nos iudicemus deos, id est clericos.

Imo dicit Baptista Fulgo libr. i. de religio-  
nis cultu, Constantinum in concilio Cal-  
chedonensi, cum vltimus inter sacerdotes  
federet, accusationes clericorum ad se ex-  
scripto delatas, combussisse, dicentem sa-  
cerdotes seu numina ad hominem regen-  
dum constituta esse, & propterea inta-  
ctum se Deo eorum iudicium reseruare  
velle, quod non faciunt quidam seculares  
iudices, in suarum animarum perniciem.

Clerici di-  
vocantur.

diu vocantur. Exodi. cap. 22. Diis non de-  
trahes. cap. cum ex iniuncto. de heret. & ali-  
quando Angeli. Malachia. 2. cap. quia An-  
gelus domini exercituum est. Item alibi  
is Constantinus in sancta synodo Nicena  
praesidens, cum querelam quorundam  
clericorum ad se deferendam conspice-  
ret, ait, Vos à nemine diiudicari potestis,  
quia ad Dei solius iudicium reseruamini.  
capitulo satis. 96. dist. & capitulo continua.  
ii. quest. i. facit text. in capitulo. i. de immuni-  
tat. eccl. libro 6. & cap. penult. de cens. eod.  
lib. & l. proxime. ibi. vos habetis iudices vestros  
ff. de his qui in testam. delen. Roman. singula.  
414. sed an potest. &c.

Item licet Pharaon suapte natura malus  
omnem subiecisset Aegypti terram, & cum  
eos populos, tamen sacerdotes, & terram  
illorum reliquit liberam, ut patet Genes.  
47. cap.

Imò etiam clericum iudicari à laico, <sup>Contra</sup>  
videtur contra rationem naturalem, quia <sup>rationem na-</sup>  
est quod inferior non iudicat superiorem. <sup>turem est</sup>  
cap. cum inferior. & cap. solue, ubi est de ma- <sup>clericum à</sup>  
ioria. & obediens. & naturaliter inferior <sup>laico audi-</sup>  
exhibet honorem superiori. l. i. §. sicut. & <sup>car.</sup>  
ibi gloss. ff. de aqua pluuiarum arce. gloss. in sum- <sup>ma. 97. dist. l. 2. ff. de alienat. iudi. in man.</sup>  
ma. 97. dist. l. 2. ff. de alienat. iudi. in man. <sup>causa fact.</sup>  
causa fact. & clerici sunt maiores laicis, <sup>etiam principibus.</sup>  
etiam principibus. capitulo i. in fin. distin- <sup>ctio. & capitulo quis dubitet. 96. dist. capitulo.</sup>  
ctio. & capitulo quis dubitet. 96. dist. capitulo. <sup>sua sunt. 12. quest. 1. nec valet consuetudo,</sup>  
sua sunt. 12. quest. 1. nec valet consuetudo, <sup>ut inferior habet iurisdictionem in supe-</sup>  
ut inferior habet iurisdictionem in supe- <sup>riorem. text. in capitulo inferior. & ibi Propositi.</sup>  
riorem. text. in capitulo inferior. & ibi Propositi. <sup>21. distinct.</sup>  
21. distinct. item & inimicis se committere, <sup>est contra rationem naturalem, sed laici</sup>  
est contra rationem naturalem, sed laici <sup>sunt communiter clericorum inimici, &</sup>  
sunt communiter clericorum inimici, & <sup>infesti. capitulo laicos. 2. quae. 7. capitulo clericos. de</sup>  
infesti. capitulo laicos. 2. quae. 7. capitulo clericos. de <sup>immunita. eccl. in 6. ergo Papa non poterit</sup>  
immunita. eccl. in 6. ergo Papa non poterit <sup>committere totum clerum laicis, quia</sup>  
committere totum clerum laicis, quia <sup>peruenteretur vniuersalis status ecclesiae,</sup>  
peruenteretur vniuersalis status ecclesiae, <sup>quod non potest Papa facere. gloss. & docto.</sup>  
quod non potest Papa facere. gloss. & docto. <sup>in capitulo. proposuit. de concess. preben. Bene. in</sup>  
in capitulo. proposuit. de concess. preben. Bene. in <sup>repet. cap. Raymuus. in verbo & uxorem. num.</sup>  
repet. cap. Raymuus. in verbo & uxorem. num. <sup>427. & seq. & in verbo, si absque. in 2. num. 47.</sup>  
427. & seq. & in verbo, si absque. in 2. num. 47. <sup>de subdit. filicom. de testu.</sup>

Imò anno 1431. die 5. Aprilis ante Pa- <sup>Arrestum</sup>  
scha fuit arresto huius senatus remissum <sup>Caution</sup>  
ca. lauer Gofridij Clouet presbyteri, qui <sup>ad iudicium</sup>  
se suspenderat Parisiis, in vico sancti Ger- <sup>ecclesiasticum</sup>  
mani Altissiodaren. Ex quo patet quod <sup>etiam vni-</sup>  
iudex ecclesiasticus cognoscit contra cle- <sup>ricos</sup>  
ricos viuos & mortuos, quia character est <sup>sum.</sup>  
impressus animae & ossibus, ideo non eu- <sup>el</sup>  
litur, ut scribunt doct. in cap. degradatio. de pe- <sup>nis in 6. Aufferre, in stylo parliamenti, arresto. 109.</sup>  
nis in 6. Aufferre, in stylo parliamenti, arresto. 109.  
Item nota.

Nec obstat falsa & damnata opinio Pe- <sup>R. opul-</sup>  
tri de Ferra. in sua practica, in forma libella- <sup>tur opin-</sup>  
tion. confesso. in verbo, plenam. ubi dicit sic, <sup>de Ferra.</sup>  
Naturaliter & à principio mundi omnes  
clerici nedum laici erant sub potestate, &  
iurisdictione imperii, sed ipsorum impe-  
ratorum dulcedine & benignitate fuerunt  
clerici dimissi sub potestate papae, & bene-  
ficiū hoc tanquam ingrati sciunt male  
cognoscere, ut notatur per Innocentium in ca-  
pitulo secundo de maioritate & obediencia.  
Bene



Bene ergo & sanctè (vt ille dicit) faceret ipse papa, si totam temporalem iurisdictionem in manibus imperatoris remitteret: nec aliter vnquam respublica, & maximè Italia quiesceret, & ex hoc status vniuersus clericorum magis redderetur Deo, ac populo deuotus, & ipse papa cum cardinalibus vigeret quietus ac deuotus, & Deo & populo magis acceptus & gratus.

Hæc ille protulit bigamus Pet. Ferrarialis cum ecclesia noluisset eum tueri, quia extra clericorum priuilegia erat, ideo indignatus illa protulit verba mendosa.

Clerici nulli tempore sub imperio fuerunt

Et primò sciendum est, quòd nullo tempore clerici fuerunt sub imperio, vt dicit fuisse, nec de iurisdictione secularium. nã postquam Deus commisit curam mundi ab exordio ministris, & primò Noe post diluuium. licet non esset sacerdos, tamen officium sacerdotis exercuit, & omnem iurisdictionem tam ecclesiasticam, quàm secularem: & in hac vicaria successerunt iudices, patriarche, reges, sacerdotes, & alii qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & sic durauit vsq; ad Christum, qui fuit verus rex & filius Dei, & ipse Christus constituit vicarium suum Petrum, & successores suos. vt est in Euangelio. & Bal. inc. 2. de maior. & obed. Ant. inc. licet. col. 3. de for. comper. & sic clericorum iurisdictione penes sacerdotes fuit, etiam ex lege veteri, dicente propheta Zachar. 2. cap. Qui vos tetigerit, pupillam oculi mei tetiget. accusatio. 1. 2. q. 7. Sic summus sacerdos dominus Iesus in sacerdotes per se iurisdictionem exercuit, nam ementes & vendentes sacerdotes de templo eiecit, & menses nummulariorum euertit. Marc. 11. ca. & c. euent. 88. distinct. Posito, & non concessio. quòd prius fuerit iurisdictione temporalis, quàm spiritualis, non tamen ob hoc sequitur, quòd spiritualis subsit temporali: quòd sic probatur, prius fuerunt animalia creata, quàm homo. Gen. 1. ca. & 2. & tamen homo dominatur illis, vt dicit Paul. 1. ad Cor. 15. ca. & Dauid, Psal. 8. Omnia subieci tibi sub pedibus eius. Habetur in somnio Viri-

darii. li. 2. c. 103. Imò licet iurisdictiones essent de iure digestorum distincte. l. hereditas. ibi, principali vel pontificali. ff. de peri. her. tamen sacerdotium eo iure non erat sub temporali potestate. l. non distinguimus. §. sacerdotio. ff. de arb. l. pen. de vac. mun. & sic persimè dicit ille Ferrar. & sine lege loquitur. ideo ei non est credendum.

Erubescere debebat verbis minus honestis clamare contra clericos, sed hoc solitus erat ille adulator imperatoris facere, vt patet in forma libel. resp. rei conuenti. in verbo tanquam. col. 2. & in verbo. prescriptionis. col. pen. ibidem. & ob hoc dubitandum est de a-nima illius. scire debebat omnes causas olim tam clericorum quàm laicorum deferri ad ecclesiam. ca. per venerabilem, qui sit. l. si legi. ca. si quis presbyter. 2. q. 5. ca. relatum. u. qu. 1. Deuter. 18. c. sic. non fit iniuria principi seculari, si ad suam redeat primæuam naturam. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. c. ab exordio. 35. distinct. & quòd clerici solum conueniantur coram ecclesiasticis. dicitur. ad Cor. 2. c. in fin. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.

Præterea etiam si de iure diuino clerici non essent exempti, tamen per papam potuerunt eximi etiam sine consensu imperatorum, cum sint res spirituales, & deputati in seruitium Dei distinctio cap. clericos. 21. distinct. ita tenet Innoc. & alii in dicto c. 2. de maior. & obedien. Aluar. in tract. de planctu eccles. lib. 1. art. 44. circa finem.

Item potest ex causa totam auferre iurisdictionem imperatori, eum priuando uat & aufse imperio. c. ad apostolica. de re iudic. lib. 6. ca. a. ret iurisdictionem. 15. qu. 6. ergo & partem. videlicet eximendo clericos ab eo. arg. l. que de tota. ff. de peratori. rei vend. cap. pastoralis. §. item cum totum. de offic. deleg. Sic expressè tenet Aufr. in reperi. clem. 1. de offic. ordam. Non obstat quòd iurisdictiones sunt distincte, & sic non potest priuari imperator sua iurisdictione per episcopos ordinantes laicos, quia respond. qui spiritu Dei aguntur. non sunt sub lege. Paul. ad Gala. cap. 5. in fi. & sic laicus inuito super ore potest elici religiosus vel clericus. c. licet. de regul. & ibi Pan. ca. in-

Reiicitur opinio dānata Petri Ferraricæ.

Omnes cau-se etiā laicorū deferrebātur ad ecclesiam.



quisitioni. de sen. excom. quia spiritu Dei ducitur, ideo non est sub lege imperatoris, sed sub lege Dei, & eius vicarii. Nec obstat quod omnes possent ordinari, quia hoc nunquam eveniet, & ideo de his quae nunquam vel raro eveniunt, non est constituenda lex. *l. nam ad ea. ff. de legi.*

**Papa an privilegium canonis solvere possit.**  
Ex quo inferitur, quod privilegium canonis potest papa auferre etiam sine causa, cum ex causa & sine possit tollere ius positivum. *cap. proposuit. de concess. prebend. dummodo non tollat quo ad omnes clericos, quia cum hoc sit arduum, & uniuersalem statum ecclesie respiciat non possit. gl. sing. in c. si papa. 40. dist. qu. an. sing. dicitur Pan. in c. significasti. n. 4. de elect. & in c. cum venissent. col. 3. de iudic. & in c. proposuit. col. 3. de concess. preb. Barb. in clem. 2. col. 33. de elect. Bru. in c. licet. fol. 22. de ele. Dec. consil. 151. lac. Bonaud. in additio. ad l. 1. de terra rubra. in tract. contra rebelles regum. art. 5. tertii tracta. circa si. doct. in c. nulli. de sen. excom. hoc tenet Fel. & alii in ca. ecclesia. col. 2. & seq. de consil. & in d. c. 2. de maior.*

**Priuegiū fori tolli non potest.**  
Secundò, inferitur quod privilegium fori non potest papa tollere, cum sit de iure diuino, non ceremoniali, sed morali, quod papa non tollit, quia inferior legem superioris non potest tollere. *cl. ne Romani. de elect. glo. & doct. in c. que. in ecclesiarum, de consil.* Quod intellige quando in totum vellet fori privilegium tollere, secus si in certis casibus, *re hic. & in priuegiariis, alibi dixi. & idē credo in consuetudine Malerei. in tract. de elect. in 4. limita fol. 29. vers. respectu rero inferiorum Barba. consil. 45. mandato. col. 1. & ol. 2.* Sic potest papa aliquos in totum a decimarum solutione eximere, non tamen omnes *glo. & doct. in c. a nobis. & c. in aliquibus. decis. sic consuluit Soci. consil. 297. v. fo. priuegi. col. 2. in 2. volum.*

**Cōsuetudo, vt clerici corā iudicibus secularibus conueniantur, an valeat.**  
Tertiò, inferitur quod consuetudo etiam vetustissima centum annorum, vel alterius etiam antiquioris temporis non valet, disponens, vt clerici coram iudicibus secularibus conueniantur, cum sit contra ius, nullo tempore firmaretur. *ca. si de consuet. & ibi hoc tenet Curtius. col. 83. & sic ex nulla consuetudine potuit rex Angliæ acqui-*

rere iurisdictionem in clericos in actionibus civilibus etiam personalibus mere vel criminalibus, vbi agitur etiam civiliter, *secundum Innoc. in c. postulat. de foro compe. Archi. in ca. Roma. in gl. illo r. c. in 6. Domi. de Ro. ta. plenē decisio. 840. vtrum valeat. in antiq. & decis. 2. rub. de consuet. & Ausre decis. 125. Pan. & alii in c. ecclesia. in princ. de consil. & c. solite. in 6. notab. de maior. & obed.*

Et ideo fuit clericus coniugatus, qui ab officiali eum citante ratione delicti appellauerat, tanquam ab abusu, a senatu remissus ad officialem. Anno 1537. die 3. Decembris, quia clerici coniugati duo retinent privilegia. *c. vnic. de cleric. coniug. in 6. sic etiam si clericus consentiret, quod laicus cognosceret, & etiam episcopus. Alex. consil. 8. videtur. col. 2. volu. 1. D. Boer. in §. 21. de iurisdic. omn. iudic. in consuet. Buar.*

Et ideo ad suum iudicem remitti debet. *in c. si diligenti. & de significasti. de foro compe. tamen iudices regni nolunt in criminalibus illos remittere, donec eos audierint. & ita seruatur quando clericus accusatur super crimine priuegiato, vt fuit decisum in senatu, Anno 1534. die 19. seu circa. Februarii, pro iudice capituli sancti Marcellini Parisi. per text. in l. 3. ff. de renulua. [nec etiam valet consuetudo, vt episcopi non possint prehendere, & capere clericos vel laicos: quia est contra ius & libertatem ecclesiarum, vt per doct. in c. ecclesiam. de consil. alibi plenē probaui.]*

Itas igitur qualescunque bone lector, his concordatis addendas putauimus interpretationes, vt nostris praefertim scholasticis, qui eas benignis auribus in scholis Parisi. publicis receperant, ob oculos poneremus, notatq; eis magis faceremus. In quibus si quaedam vtilia dixerimus, gratias immortales Deo agimus, qui calamum nostrum currentem ita direxit, & ad finem vsq; perduxit & anno 1535. fuit istud concordatum publice Parisiis, in scholis decretorum interpretatum.

FINIS.



AD CLARISSIMUM IURIUM  
DOCTOREM, D. PETRUM REBUFFUM, CON-  
CORDATORUM SUMMI PONTIFICIS, CHRI-  
stianissimi que Gallorum principis Commentatorem doctissi-  
mum, Antonii Paparini Forensis

## EPIGRAMMA.



Allica pontifici referens iunctissima  
summo  
Lilia, chara fuit parua, breuisq;  
liber.

Sensaq; continui non magnū summa volumen:  
Angusto capiens plurima iura loco.  
Auxit opus tua subtilitas, auxere lobores,  
Et doctæ nodos explicare manus.  
Pagina remq; altam complectitur aucta decēsq;:  
Nec sensus olim qui latere, latent.  
Omnia perfecit vigilantia, quæ tibi nomen  
Æternum, sanam perpetuamq; dabit.

## Eiusdem Antonii ad eundem.

Iuris Bartolus explicator æthi  
Diuinus, peperit solutione  
Legum quale decus sibi coruscæ  
Lux doctissime iurium Rebuffe,  
Acquis tibi, nulla quod vetustas  
Nullum diluet auferetue tempus.

## Eiusdem ad eundem.

Pallas non debet Ciceroni plura disertis,  
Pluraq; Virgilio Calliopea suo,  
Rhetoricæ Fabio nec plus debere fatetur,  
Ingento quam ius debet utrunque tuus.

Ad Petrum Rebuffum celeberrimum, primi que nominis iurif-  
consultum in interpretationem Concordatorum Ioannis  
Stagnei Antoniani Carmen.

**S** pluris fama loculos Rebuffe, putasses,  
Hoc tam frugiferum non legeretur opus.

Quæq; patem hoc iura libro, hæc abstrusa mane-  
rent

Tepenes. Et cunctis inde petenda forent.  
Nam qui certa daret super his responsa quis al-  
ter?

Ex te igitur parerent grande petita lucrum.  
Hinc fundos, rillas, hinc aurea vasa parasses,  
Magnificusq; ampla conspicerere domo.  
Sed quid tunc ista quidam tandem tibi morte pe-  
riverent.

Nec post fata tui mentio longa foret.  
At longe melius, qui non spectaueris isthæc.  
Consultum rebus quis neget esse tuus?  
Nam dum scribendo doctrinam exponis, & in-  
gens

Publica quam lucrum commoda pluris ha-  
bes:

Diuitius melior, totoq; illustrior auro,  
Adiuncta est tuis gloria summa tuis.  
Quæ neque circumscripta loco, nec finibus, omnes  
Diffuso in partes lumine sparsa micat.  
Nec lechi exhorret tenebras, dum sidera cælo  
Splendebunt, terris fulgida semper erit.  
Nomen vides, & viuis adhuc, iam non leue pondus,  
Inque foro, inq; scholis nomen habere tuum?  
Quid fore post mortem censes? Si gloria viuis  
Tam clara, elato funere qualis erit?  
Haud dubie immortalis eris: nam cætera tempus  
Atterit, at libris tempore crescit honor.  
Ergo libro hoc decus vsque tuum, tua gloria crescet.  
Nomina Rebuffi viuuda semper erunt.

## Eiusdem ad eundem.

Vix dici, Rebuffe, que tibi plus schola iuris  
Debeat, an verò iudiciale forum.  
Illam voce doces, prudentibus instruis istud  
Responsis, scripto rursus utrunque iuuas.



IOANNIS POSCHONII,  
IN AMPLISSIMUM CV-  
RIÆ SUPREMAE PARLAMENTI ADU-  
CATORUM ORDINEM COOPTATI, AD  
ERUDITISSIMUM, PERITISSIMUM  
QUE DOMINUM PETRUM REBUFF-  
FUM, IURIS UTRIUSQUE DOCTOREM  
ACCOMITEM, DECASTICHON.

**E**XI facturus, liber ingeniose, pudorem  
His, quos laudatum secula prisca, viris.  
Exi, quid trepidas? ne nō tibi, fascinet ortus,  
Que nocuit studus inuida lingua bonis?  
Exi, ne trepidas, tunc tibi gloria constat:  
Que nunquam insidius debilitata ruet.  
Quid coniuatis? quid amice fœdera inuis  
Doctores iuris fama, decusq; sacri?  
Cedite, non fas est tam certe occurrere laudi.  
Cedite nam vestro lumine maius adest.  
Submitte huic fascies, quāuis sis Bartole magnus,  
Cede mihi numen secula nostra ferunt.  
Non lucet nitidis postis & in ordine verbis,  
Parcus qui deceat legibus esse nitore:  
Sed grauidus rerum, sed acutus consibus ingens,  
Clarus, & ingenu dexterritate potens  
Exi Rebuffi monumentum insigne laboris,  
Exi, nam facile hoc secula prisca ferent,  
Expectate liber, liber ingeniose recusas  
Omnes diuinitus nobilitare tuas?

Aliud eiusdem.

Quid posses prisca nostre etas ponere contra.  
Dum quaerit, librum hunc obtulit, & stupuit.

Inuidet amosis oculis, genuitq; verustas.  
Vincor, nam hoc maior gloria laude mea est  
Vincor, at: vincit decus est a principe tanto,  
Ecce tunc astrictos in tua vincula manus.

Aliud.

Qui te non nouit, legat hoc Rebuffe volumen.  
Ingenium, mores nouerit ille tuos.

Aliud.

Quid concinnauit dignum mea misera? caducum  
Conscribo: sed non fama caduca tua est.

Aliud.

Cum te aspexerunt doctæ Rebuffe Sorores,  
Secum ille, en tantum fecimus arte virum.  
Deinde ubi viderunt librum, clamare Sorores  
Vincimur, ingenio preueniisse suo.  
Adferere simul, simul adferere Camene,  
Nulla est precepti nominis inuidia.

Aliud.

Vis dicam breuiter qui sis quantusq; Rebuffe.  
Tantus es, ut nullus par queat esse tibi.  
Quare qui ex æquo vult te committere secum,  
Comparet hic ambos, sentiet esse pares.

Aliud etiam eiusdem.

Quod pauci timide, nullus quod prouultantis  
Rebuffi summa prouult arte libri.

SVPER